

Vale venique cum sorore, si me vis valere. Vale. Neminem non meo nomine salvere iubebis. Tiguri, VI Nonis^{b)} Aprilis, anno MDXXI.

Conradus Grebelius,

tibi ad amantissimam usque devinctissimus.

Auf der folgenden Seite:

Min brüderlichen grütz zavor, liebe schwöster. Ich bitt dich früntlich und flissiklich, daß du uff ußers vatters und mütters laden wellist har kan und den doctor erbettenn, daß eß gschech. Ich beger üch hie zü sechen von allem grund minß hertzen; also ouch der vatter und mütter.

Kimind ir, so wil ich üch allzit willig sin tze dienen, wo ich günt und geschikt dartzü wird sin. Darumb so land nit und kömind uff daß aller beldist und nemmend üch kein ursach für tze bliben. Nit me, denn got spar üch frisch und gesund allzit. Datum zü Zürich, uff den achtenden tag Aprelles, im MVCXXI jar.

Künrat Grebel,

din getrüwer brüder.

Ich bitt üch lutterlich durch gotz willen: kömend und nemmend schwager Benedikt mit üch. Gwer mich nit allein, sunder vatter und muoter.

Domino domino Ioachimo Vadiano Helvetio undecunque clarissimo, affini charissimo.

Zü S. Gallen.

a) „Basilëam“. — b) Soll wohl heissen „Idus“, gemäss dem Datum in der deutschen Nachschrift.

l) Vrgl. I, Register.

II 24.

255.

Andreas Kratander¹⁾ an Vadian.

(Basel.) 1521. April 20.

Die Gründe seines langen Schweigens: Überhäufung mit Geschäften und Mangel an Helfern. Versprechen, den Druck des Pomponius nach Möglichkeit zu befördern. Geschenkweise Übersendung von Druckschriften.

S. D. Quod tuis toties ad me datis literis hactenus non respondi, in causa sunt strenua illa negotia, quibus in literario hoc pistrino anxie discrucior. Solus enim ipse castigatoris munere iam fungor; solus item prælorum duorum (quibus Peroti commentaria, quæ Cornucopiæ nominari solent, transscribo) curam habeo; solus totius familiæ onus, omni prorsus adiutore destitutus, ferre cogor. Quo et factum est, ut nihil chartarum in

Pomponio nostro adhuc ediderim^{a)}, quam tibi, ut petis, mittam; missurus tamen propediem, quamprimum videlicet aliquot laboribus levatus. Reliquum otii^{b)}, quicquid id fuerit, in excudendis tuis doctissimis commentariis studiosissime insumam. Ad hæc, quæ ad me misisti, errata, per te serius animadversa: eo, quo voluisti, ordine in archetypo restitui. Vale et huiusmodi in excudendo^{c)} morulam boni consule, quum et tu me non nihil in lucubrando edendoque^{d)} exemplari moratus sis. De Captivitate Babylonica, item de Libertate Christiana libellos ex me dono accipe. Quibus addidi facetissimum in Murnarum Lutheromastigam dialogum. Rursus vale. XII Kalendas^{e)} Maii, anno MDXXI.

Andreas Cratander.

Integerrimo atque doctissimo viro, domino Ioachimo Vadiano suo etc.

Apud Divum Gallum.

a) „ædiderim“. — b) „ocii“. — c) „excubendo“. — d) „ædendoque“. — e) „Kalendas“.

l) Vrgl. Brief 183.

256.

II 25.

Sebastian Neithart¹⁾ an Vadian.

Lauingen (?). 1521. April 20.

Seine unzureichende Gelehrsamkeit hat ihn bisher abgehalten, an Vadian zu schreiben. Freude über Vadians Verehelichung. Verdruss über die Priester, die ohne gehörige Studien ärztliche Praxis betreiben. Empfehlung des Überbringers Gebhard.

Sebastianus Neythart Ioachimo Vadiano, medico doctissimo S. P. D.

Velim in primis tibi persuadeas, pater et patrone amicissime, medicum, non oratorem litteris tuis respondere. Nam etsi gratissimæ^{a)}, iucundissimæ michi fuere, illis tamen tenuissima mea Minerva respondere verecundabar; fretus tamen ea spe, quod, quantum in hiis valerem, comperitum haberes, fretus denique ea humanitate, qua me persecutus fuisti, quod michi tecum loqui liceret familiari meo stilo, quem rudem agrestemque nosti. In quibus literis exoptatissimum^{b)} nuncium^{c)} percepi, te equidem valere; non aliud quidem expectabam diu. Nam quod dignitate, auctoritate^{d)}, stipendiis ceterisque animi et corporis dotibus viges, nullus sanæ et compos mentis miretur. Nam virtutes et doctrina^{e)} (quæ in te accumulatissime vigent) non aliud merentur. Sed quia (magistrum dico) uxo-